Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35408
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

posicio ciuitatis · secunda est uisio ma
iestatis · tercia est dilectio caritatis
quarta est perfruicio bonitatis · ¶ Pri
ma est disposicio ciuitatis · Nam
ciuitas celestis optime est dispo
sita · et quantum ad situm · et quantum
ad fundamentum · et quantum ad or
natum · et quantum ad ingressum ·
Quantum quidem ad situm · quia construc
ta est in alto · et ideo ibi nulla est
aeris infectio : nec sanitatis
corrupcio · Unde dicit psalmus · Funda
menta eius in montibus sanctis · Sicut enim
in montibus est aer purus · qui
maxime est sanitatis conseruati
uus · ita in ciuitate celesti est
summa puritas · quia sine ulla infir
mitate est ibi sanitas · Et hoc est
quod dicitur in apocalipsi · xxi · de habitatoribus
illius ciuitatis · Absterget deus
omnem lacrimam ab oculis eorum ·
Item est bene disposita quantum ad fun
damentum · Apocalipsis · xxi · Fundamenta
eius xii · lapides preciosi · qui
taliter disponuntur · Dicitur enim ibi
quod illa ciuitas est quadrata · et hoc
racione sue firmitatis · quia corpus
quadratum ubique proicitur stabili
tur · Et ibi sic dicit Jacobus · i · non est
transmutacio nec uicissitudinis ob
umbracio · Sic enim cum ciuitas sit
quadrata · quodlibet latus eius con
structum est ex tribus lapidibus precio

sis · Item est bene disposita quantum ad
ornatum · Nam muri eius ex auro
purissimo sunt sicut cristallus · pla
tee eius ex lapide lucidissimo sicut
uitrum · Lumen ciuitatis est claritas
dei · Nam ciuitas illa non eget
sole neque luna · quoniam claritas dei
illuminat eam · et lucerna eius est agnus
Et in hoc est differencia inter illam cla
ritatem et claritatem solarem · quia
claritas solaris consumit uisum ·
iuxta illud Ecclesiastici · xliii · Tripliciter sol ex
urit montes et sbdr · Radiis suis
obcecat oculos · Sed claritas ciui
tatis celestis demulcet uisum ·
iuxta illud apocalipsis · xxi · Lumen eius sicut
lapidi precioso iaspidi · Item non est
ibi successio diei et noctis · sed
semper est ibi dies · Apocalipsis · xxii · Et
nox ultra non erit · Et si queratur
utrum sit ibi fons · dicendum iuxta iohannem ·
Et ostendit mihi angelus fluuium
aque uiue splendidum sicut cristallus
procedentem a sede dei et agni in me
dio platee eius · Nec eciam desunt
ibi arbores ad decorem et ameni
tatem ipsius · quia ex utraque parte flu
minis est lignum uite proferens · xii ·
fructus per singulos menses · et
folia eius ad sanitatem gencium
Item est bene disposita quantum ad ingres
sum · quia habet portas · xii · ex preclari
ssimis margaritis ornatas · ab